Prout protto Castren Lublinen contra ipsum, et Nobilem Gasparum Piotrowsky uti complicem facta (cum quo salua actio in foro fori reseruatur) latius obloquitur: ad videndum igitur et audiendum poenas legum contra inuasores domuum sancitas, super citato et bonis eius omnibus personaque extendi, per Judiciumque praesens Castrense Lublinense decerni. Citatione eadem uberius praemissa omnia suo in tenore obloquente. In termino hodierno perempto in diem praesentem ex eadem citatione legitime inciden et prouenien: Partibus, Actore per unum maritum, nomine suo et consortis suae, citata vero per Nobilem Stanislaum Rybczowsky, plenipotentem suum, comparen et terminum attentan: Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense, ad affectationem actoris partis, eius iuridicam dillationem ad docendum de termino praesenti, tunc ad Terminos Judiciales in Castro Lublinensi proxime et immediate celebrandos dedit et concessit. Terminumque ipsum partibus peremptum, actore ad satisfaciendum dillationi suae, citatae vero ad attentandum illam, ulteriusque ea in causa iure procedendum conseruauit et praefixit, Decreti praesentis vigore.

Sup Sroczkowsky Euasio.

Nobilis Nicolaus Radzinsky in Policzna quouis iure tenutarius, Ad instantiam Instigatoris Judicii Castren Lublinensis, tum et Generosi Balthazaris Sroczkowsky, dellatoris, Actoris partis, citatus existens per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky, iuridice ad Judicium praesens Capitaneale Castren Lublinensem quatuor vicibus ultra iuris communis formam vocatus et non comparentem, et causam suam non prosequentem, praedictum actorem, in euasione causae praesentis, cuius contumacia maior est quam rei coram Judicio praesenti, in termino hodierno in diem praesentem ex citatione infrascripta prouenien admittente Judicio praesenti, iudicialiter condemnauit, iuxta suam citationem contra se extraditam, tenoris talis:

Joannes Firley de Dambrowica Capitaneus Lublinensis etc. Tibi Nobili Nicolao Radzinsky, in Policzna quouis iure tenutario, de bonis terris omnibus Regio et Officii nostri Castrensis vigore mandamus, ut coram Judicio nostro Capitaneali in Terminis Judicialibus Castrensibus feria secunda ante festum Exaltationis Sanctae Crucis nunc instans proxima, vel iis deficientibus, tunc proximius in Castro Lublinensi celebrandis peremptorie compareas. Ad instantiam Generosi Balthazaris Sroczkowsky, iuris cessi ad infrascripta a Nobili Balthazaro

Radzinsky

Radzinsky habentis dellatori; Nec non Instigatoris Judicii Castren Lublinen, quorum quilibet suo pro interec et coniunctim te citat ad bannien et de Regno Poloniae, dominiisq sibi subiectis proscribens. Ideo, Quia tu parvipenden leges Regni, quo bannitis ne dum patrocinari verum nec cum eisd conversari permittitur Nobili Catherinae relict consorti olim Nobilis Adami Sroczkowsky Bolesnik uti impossonata ex instan Insigator Castren Sandomirien et moderni dellatoris, actoreae partis in Judicio Castren Capitaneali Sandomirien. Ad Inscriptionem Castren Sandomirien original per ipsu p'dicto Baltazaro Radzinsky, sup summa Mille florn polonic liquidi debiti factu, tanq successu temporis à Baltazaro Sroczkowsky genero suo simil, Actis Castren Sandomirien transfusa. Pro vadio simili Mille florn polonic per ipm ob non solotionem summae p'fatae nec p'dicto Baltazaro Radzinsky, nec moderno Baltazaro Sroczkowsky, ius cessu ab eod habenti, succubito; ac pro ipsa summa principali ipsi in Officio Castren Sandomirien instituta; et tanq gradatim et iuridice in Judicio Castren Sandomirien continuata. Processu ex huiuslatius de p'missis disponen; bannita, et voce sonorosa praeconis publicatae, ut tibi indubitata fides dabitur, iam post expiratum tempus bannitis patrocinaris, complicem te praebes, cum ea conversaris, eamq mansionis tuae in latebris foves, & omnes necessitates victus & amictus, subministras, in levipendium iuris Regni id faciens. Quo circa et ipse complex eius exns in poenam bannitionis incurristi ad eamq sup te decernen et sonorosa voce publican tanq sup complice banniti praesen citaris, etiam contumacia tua minime obstante iudialis suis p'missa attentaturus, vel si quid iuris erit visurus. Datum in Castro Lublinen Sabbatho ante festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxo. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Undecimo.

Sup Parznicky Evasio.

Lect. Nobilis Marcellinus Tarnawieczky filius olim Nobilis Adami Tarnawieczky, Ad instm Instigatoris Sacrae Regiae Maiestatis, et Nobilis Jozephi Parznicky fris germani et succoris lgtmi, olim Nobilis Joannis Parznicky interempti, filiorum Nobilis Adami Parznicky de Parznicze, Actoreae partis, cittis exns per Ministerialem Gnalem Regni Nobilem Joannem Zalesky iuridice ad Judicium prns Caple Castren Lublinen, quatuor vicibus ultra iuris comis formam, vocatum & non comparen, causamq suam

non